

RÉSUMÉ

Alma Sodnik-Zupanec: LA DOCTRINE ÉPICURIENNE SUR LES DIEUX

L'auteur constate d'abord que la philosophie épicurienne est une philosophie progressiste qui s'est donnée pour but la propagation des lumières. Il explique de quelle manière ces tendances d'Epicure et de son école se reflètent dans tous les problèmes fondamentaux de la philosophie: surtout dans l'éthique qui, dans ce système, tient la place centrale, mais aussi dans le problème de la culture, de ses origines et de son évolution, dans la théorie de la connaissance et dans la philosophie de la nature. Les mêmes tendances se manifestent aussi dans la doctrine épicurienne sur les dieux. L'auteur arrive à la conclusion suivante: pour Epicure, les dieux ne sont pas l'„Etre“, le premier moteur, une loi universelle de la nature, mais bien un des problèmes de la physique, fondée sur la théorie des atomes et du vide; d'autre part, les dieux représentent pour Epicure l'image idéalisée des „sages épicuriens“ (cf. surtout Diog. Oinoand. fr. 63. 64 selon l'éd. de J. William; Philod. De piet. 107, 18). Epicure a rejeté les croyances populaires, ce qui ressort sommairement surtout du texte appelé Oxyrhynchos Papyrus II. 215 (éd. Diels). En conclusion de son étude, l'auteur note que l'on trouve, dans la littérature contemporaine sur Epicure, certains essais qui, sur ce point-là, arrivent à d'autres conclusions. L'auteur montre que ces essais se basent sur certains textes de Cicéron qui, cependant, interprète la doctrine d'Epicure à la lumière de ses propres idées stoïciennes.

DE ETYMO VERBI NEGARE

In recentioribus lexicis etymologicis (Walde—Hofmann, Ernout—Meillet, J. Pokorný), sicut apud F. Mullerum, verbum *nego* per „hypostasin“ ex coniunctione vel adverbio **neg-* i. e. *nec* derivatum esse exponitur neque etymologia, quam G. I. Ascoli in KZ XVII 279 (*negare* > **nec-ahere*, **neg-âiere*, **neg-âere*) proposuerat, memorata est quidem. Cuius nobis, si non plus, at minime mentionem fieri in linguae Latinae lexico etymologico oportere videtur, quia tantulum certe eius intersit. Eadem vero maiorem veritatis similitudinem obtinebit, si ab analysi phonetica (*nego* < **negaiō*) eiusque significatione atque usu (cf. Terent. *Eun.* 252: *negat* quis, *nego*, *ait*, *aio* Cic. *de off.* III 91: Diogenes *ait*, Antipater *negat*) profecti erimus. Huic etymologiae (*nego* < *nec*+*aio*) nihil obstat glossa Festina (e Cn. Marcio vate) *negumate* (=negate), quae sine dubio per contagionem cum verbo *autumare* (*negumate*: *negate* ∞ *autumate*), quod synonymon verbo *aio* est, exstitit.

Interea verba Festi „*nec* coniunctionem . . . positam esse ab antiquis pro non . . .“ ex memoria non sunt deponenda (cf. apud eundem *neceunt*, non eunt, ut *nec* pro non; *necerim*, *nec* eum; *neclegens* . . . non legens; *necumquem*, *nec* umquam quemquam; *negotium*. quod non sit otium). Itaque dubium esse videtur in lingua Latina adverbium negativum *neg-*, derivatum ex i.-e. **neghi*, restitui posse, quia et *negotium* et *nego* potius e *rec*, quod e *neque* corruptum est (cf. ac: atque, neu: neve, seu: sive), composita videntur; ad *g* < *c* (atque in genere *media* < *tenui*) cf. *viginti*: *vicies*, *triginta*: *tricesimus*; umbr. *iuengar*: *iuvencia*; *quadraginta*, *quadraplex*: *quattuor*, *quater* etc. De *gloria*: *clarus* (cf. *ignoro*: *gnarus*) alias tractabitur.